

III.

Etaneum fuerit. Christum verum hominem amplius non esse. Servilem enim formam Exaltationis tempore & sessionis ad dextram patris, Christum deposuisse, ex scripturis, imò ex ipso presenti loco Apostoli, nimis est manifestum.

4. Idem præterea evincit verbum Græcum ἐκένωσις, quod, dum divinæ naturæ tribui nequit, quippe quæ ἀμετάπτωτος & ἐκένωσις prorsus nullam admittit, satis evidenter ostendit, de humana natura Christi sermonē esse Apostolo.

15. Id quod adjecta ἐκένωσις hujus περιφρασεως luculentius declarat, quæ eam non assumptione humanæ naturæ, sed obedientia & morte crucis determinat. Quæ sanè nota etsi toti personæ Christi rectissime tribuitur, minimè tamen secundum divinam, sed humanam naturam eidem convenire in confesso est.

16. 5. Adde quòd ἀρπαγὴς Rapinæ vox ad divinam naturam nullo prorsus respectu potest accommodari.

17. Rapina enim est id, quod non suum, per vim alij quispiam eripuit; hoc ipso suam potentiam aut suas opes ostentans, secundum illud poëtae.

Tergemini nece Geryonis, spoliisq;
superbus.

18. Et quonam quæso pacto Filius DEI sumpsit rapinam ostentare potuisset, cum rapina respectu sui nihil prorsus sit ?

Id